Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





nus descendisset in piscinā post modū quē aqua
nus fiebat a quocūq; langwore detinebatur. offert
Immittit angelus dñi in circuitu timentū eū et eripiet
eos Iustate et videte quī suauis est dñs Sec. Hostias
tibi domine laudis offerimus supplicantes deprecā
tes ut eadem angelico pro nobis intercedente
suffragio et placatus accipias et ad salutem no
stram puenire faciat. P. cōtinuo Gaudium
est angelis dei super uno peccatore penitentiam
agente comp. Repleta dñe benedictione celesti sup
plicantes implorauimus: ut quod fragili celebramus
officio: salutare archangelorum nobis prodesse sen
tiamus auxilio. Offertorium de karitate su.
Deus in loco sancto suo deus qui inhabitare facit
unanimes in domo ipe dabit virtutem et fortitudinem plebi
suae ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugi
ant qui oderunt eum a facie eius Gloria pri et ti. Collecta
Omnipotens sempiterne deus qui iustitiam tue legis
in cordibus credentium digito tuo scribis:
da nobis fidei spei et karitatis augmentum et ut
mereamur adequi quod promittis: fac nos amare
Fratres Karitas ad Corinth. quod patiens P
patiens est. benigna est Karitas non emula
tur: non agit perperam: non inflatur: non est am
biciosa: non quaerit quae sua sunt: non irritatur: non
cogitat malum: non gaudet super iniquitate: con gau
det autem veritati. Omnia suffert: omnia credit:
omnia sperat: omnia sustinet Caritas numquam excidet
Gra. Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres
in unum V. Sicut unguentum in capite quod descendit
in barbam barbam aaron V. Mandauit dñs benedictionem